



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. X. Quomodo Dei præscientia stet cum hominum libertate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

& Syriae internecionem? Respondetur, physicam quidem inter hæc connexionem nullam fuisse, fuisse tamen moralem; sciebat siquidem Propheta, decessisse Deum, si id faxies vel septies fecisset, fore ut cum eo concurreret ad omnimodam Syriae destructionem.

IX. Neque hinc inferas, nulla omnino esse objecta disparata, cum nihil planè sit, quod Dei voluntatem movere nequeat ad aliud intuitu illius ponendum: Respondetur enim, ad hoc ut propositio non sit disparata, non sufficere quòd res aliqua movere Deum possit ad aliam propter illam ponendum, sed requiritur ut actus eum moveat, seu quòd statuerit Deus, si illa ponatur, aliam etiam ponere.

X. Quæres, utrùm Deus cognoscat objecta conditionata sub conditione impossibili, ut, *Si Bucephalus fieret homo, & tentaretur, peccaret, & similia.* Ego certè universam cognitionem horum objectorum Deo negari non posse censo: dum enim homines (quod sæpe faciunt) huiusmodi propositiones eliciunt, *Si lapis esset equus, hinniret, curreret, &c. Si equus esset avis, volaret, cantaret, & sic de aliis;* Deus videns hos actus, novit eos esse veros vel falsos, ergo in iis cognoscit objecta, & novit ea ita se habere, vel non habere sicut ab actibus enunciuntur; ergo si homines hæc norint, novit etiam illa in actibus illis Deus. Utrùm autem ea etiam noverit immediatè, probabilior videtur pars negativa; tum quia otiosæ videntur ejusmodi cogitationes; tum etiam quia non est eadem ratio cur Deus cognoscat conditionata impossibilia, quæ est de cognitione conditionatorum possibilium; horum enim cognitio ad rectam Universi administrationem, & ut Deus de rebus prudenter disponat, utilissima est, ne dicam necessaria; quòd in cognitione impossibilium non reperitur.

SECTIO NONA.

Utrùm Deus cognoscat actus suos liberos, tum conditionatos, tum absolutos.

I. Quoad primum, multò probabilius videtur, Deum huiusmodi actus suæ voluntatis conditionatos cognoscere; tum quia non minùs cognoscibiles sunt quàm actus nostræ voluntatis, & res omnes aliæ; tum quia Deus novit, si homo non peccasset, se habiturum fuisse decretum non affluendi carnem humanam, saltem possibilem: decretum item salvandi Judam, si in gratia ad finem usque vitæ perseverasset.

II. Licet verò hoc etiam in aliquo alio actu suo cognoscere possit, ut in voluntate seu decreto conditionato quòd jam habet salvandi omnes si moriantur in gratia, nil tamen obstat quòd minùs id immediatè etiam in se cognoscat, nempe si tali vel tali modo mundum creasset, se talia vel talia decreta habiturum fuisse: quæ tamen vocanda nècne sint decreta futura, cum quidquid in Deo est, æternum esse necesse sit, quæstio est de modo loquendi. Nec magis hinc læditur libertas Dei ex hac scientia conditionata suorum actuum, quàm lædit nostram scientia conditionata quam habet Deus nostrorum: de quo dictum est sect. septimâ, & plura adjiciuntur, cum de prævisionibus.

III. Quoad secundum de decretis absolutis, extra controversiam videtur, Deum decreta sua absoluta de futuris cognoscere; nec enim est cur non æquè

illa cognoscat ac cætera omnia; imò aliàs se perfectè etè non comprehenderet. Probatur ex illo 1. ad Corinth. cap. 2. v. 10. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei:* id est, ut hoc loco explicat S. Thomas, abditissima etiam Dei consilia, decretaque libera divinæ voluntatis. Quòd ibidem magis in particulari declarans Apostolus adjungit: *Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt, nemo novit nisi spiritus Dei.* Hoc autem dictum Apostoli intelligendum esse de decretis Dei liberis, videtur manifestum, hæc enim sunt in hominibus, quæ aliis sunt ignota, & ei soli qui ea habet, sunt perspecta, atque is quibus ipsi visum fuerit illa aperire.

Non tamen puto, Deum priùs decreta illa videre quàm sint, vel ratione nostrâ futura sint; scientia enim non minùs in his, quàm aliis omnibus, supponit objectum futurum, licet fortè in his decretis peculiaris ratio sit cur potius dicantur esse simul cum scientia visionis ad ipsa terminata, quàm decreta conditionata, cum sit necessaria inter utraque connexio, & ab his ad illam, & è contrâ, valeat consequentia: ex eo enim quòd scientia hæc videat futura, non possunt non esse futura; & è contrâ, si sint futura, necessariò ab hac scientia cognoscuntur; unde, neutrum est altero prius subsistendi consequentia.

Aliquo tamen modo videntur decreta hæc absoluta priora quàm sit scientia visionis, suntque conditio illam antecedens, ad eum modum quò, secundùm Theologos communiter, res omnes futuræ creatæ sunt priores aliquo modo scientiæ visionis ad ipsas terminatæ, & earum futuritio est conditio aliquo modo prærequisita ad hanc Dei scientiam. Unde docent passim Theologi, hanc causalem esse falsam; ideo res sunt futura quia Deus eas novit per scientiam visionis; sed è contrâ, & alioqui, inquam, nisi scientia visionis sublequeretur actus nostros jam futuros, tolleretur libertas.

SECTIO DECIMA.

Quomodo Dei præscientia stet cum hominum libertate.

LIBERTATEM hominis nullâ non ætate impugnarunt hæretici, voluntatemque nostram non sui juris esse, sed innatâ quadam vi ac pondere ad omnia necessariò ferri dixerunt. Impium hoc dogma, in ipsis nascentis Ecclesiæ exordiis primus docuit Simon Magus, hæreticorum antesignanus: hunc postea secuti sunt Manichæi, Wiclefius, & alii. Quem etiam errore obvis ulnis amplexi sunt nostri temporis novatores, Lutherus, Calvinus, Beza, Melancthon, cum totâ sequacium cætervâ, cumque inter præcipuos sectæ suæ articulos recentem; eo nimirum consilio, ut sopitis utrunque, amissâ libertatis obtentu, obluccantis semper conscientie clamoribus, qui se vel invitit identidem solent ingerere, liberius sese in omni turpitudinum cæno, nullo inturbante, volucent. Horum proinde errorem, quatenus generatim voluntatis humanæ libertatem negat, latè confutavi in Prometheo Christiano, Disp. decima tertia: ubi etiam triplex Fati genus, quo nonnulli mentes hominum teneri asserebant, rejeci.

Ad rem verò præsentem, qui cum Dei præscientiâ libertatem hominis conciliare non poterunt, quidam fuerunt ex Ethnicis, inter quos Cicero de Fato, & Lib. 2. de Divinatione, cum capere

qua moralis connexio in conditionabilibus requiritur, ut fiat vera.

quid de propositionibus sub conditione impossibili censendum.

IV. *Decreta Dei libera sunt simul subsistenti consequentia cum scientiâ visionis.*

V. *Quo sensu decreta libera sunt priora scientiâ visionis.*

I. *Homini libertatem omni tempore impugnarunt hæretici.*

Cur libertatem hominis ita mortificatus negat hæretici.

II. *Quomodo præscientia cum hominum libertate fieri non possit.*

nequiret quo pacto, si Deus futura præsciret homines operationes suas liberè exercere possent, Deum hæc præscire negabat: sicque, ut rectè S. August. lib. 5. de Civit. cap. 9. *Ut homines liberos faceret, fecit sacrilegos.* Quem etiam errorem nonnulli tribuunt Aristoteli. Wiclefus verò, ut refert Waldensis Tom. 1. cap. 22. & 25. Dei præscientiam libero actu nostrorum exercitio coexistere non posse cum affirmaret, Deum quidem futura scire asserbat, sed inde siebat hominibus adimi libertatem: quod post ipsum alii etiam affirmant ex novatoribus.

III. Certum est, Deum habere verum futurarum præscientiam.

Probatur ex scriptura.

Ex prædictionibus.

Ex prævidentiâ.

Dico primò contra Ethnicos, indubitatum esse, Deum futura, adeoque actiones omnes hominum, ab iis quocunque tempore efficiendas præscire. Hanc conclusionem fusè probavi Disp. præcedente, sect. primâ; estque res planè certa: id enim impie aperte tradit divina Scriptura, ut Ecclesiastici 23. v. 29. *Domino Deo, antequam crearentur, omnia sunt æmita.* Item Isaie 41. v. 23. *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dii estis vos: & alibi sæpè, ut loco citato ostendi.* Deinde Deus in sacris Literis multa, antequam fierent, revelavit; ergo ea præscivit, alioqui prædictiones suas errori exponeret, & falsitati. Quare appositè ad rem præsentem Tertullianus lib. 2. contra Marcionem, cap. 5. ait, *Deum, quos fecit Prophetas, tot habere testes præscientiæ suæ.* Tandem hoc ipsum clarè probatur, tum ex perfectione intellectûs Divini, tum ex eâ, quam de rebus omnibus habet, providentiâ, quæ hanc futurorum præscientiam necessariò requirit: ut Sect. illâ primâ fusius est declaratum.

IV. Dei præscientia hominibus libertati non officit.

Quo modo scientia visionis in Deo sit verus futurus præsentem.

V. Decent Patres, scientiam visionis esse rebus futuris præsentem.

Pulchrum dictum Origenis.

Dico secundò contra Wiclefum, & ejus hac in re sectatores, perfectam hanc, quam Deus de rebus omnibus futuris habet, præscientiam, ne minimâ quidem ex parte humanæ voluntatis libertatem infringere. Ratio est: Dei enim præscientia, quamvis actus nostros futuros, tempore antecedit, ratione tamen, ac veluti naturâ eos subsequitur, nec ideo sunt futuri quia Deus illos novit esse futuros, sed è contrâ ideo Deus novit esse futuros quia sunt futuri. Quare, prius quodammodo naturâ sunt futuri, quam ut futuri cognoscantur; non quòd res illa Dei scientiam per influxum causet, (hoc enim est impossibile) sed effectus futuri sunt conditio ut Deus hanc scientiam potiùs habeat, quam aliam. Sicut enim de factò Deus ab æterno novit Adamum tali tempore peccaturû; ita si Adamus, ut potuit, se ad non peccandum determinasset, Deus, non hanc, sed aliam præscientiam habuisset. Unde in nostrâ potestate est efficere ut Deus hanc scientiam non habuerit, sicque hæc libera Dei scientia est nostris actibus posterior, & ab ipsis hoc modo dependens.

Hæc est clarissima mens sanctorum Patrum ut supra, Disp. 22. sect. 14. ostendi, declarando quo pacto scientia visionis non sit causa rerum; passim namque affirmant, res non ideo esse futuras quia eas Deus præscit, sed è contrâ ideo Deum eas præscire quia sunt future. Hoc, ut supra relatos omittam, clarissimè docet Origenes lib. 7. in cap. 8. ad Rom. in illa verba, *Quos præscivit & prædestinavit: ubi ad rem præsentem sic habet: Non propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, scitur a Deo antequam fiat.* Et mox subdit: *Non ergo quia Propheta prædixerunt, idcirco prodidit Iudas, sed quia futurus esset proditor, ea quæ ille nequitia profecti sui gesturus erat, prædixerunt Propheta, cum utriusque Iudas in potestate habuisset, ut esset similis Petro, aut Joanni, si voluisset sed elegit pecunia cupiditatem* K. I. Comptoni Theol. Scholast. Tom. 1.

magis quam Apostolici consortii gloriam: & hanc ejus voluntatem prævidentes Propheta, librorum tradiderunt monumentis.

Idem de peccatorum præscientia docet S. Augustinus: Neque enim, inquit, ideo peccat homo quia Deus illum peccaturum præscivit, &c. Tres etiam rationes S. Augustini, ad probandum Dei præscientiam non tollere hominum libertatem, proponuntur Sect. sequente, n. 9. Hoc quoque affirmat S. Cyrillus l. 9. in Joannem, cap. 10. *Quoniam, inquit, ita nonnulli sponte fururi erant, idcirco præscius Spiritus Sanctus prædixit.* Tandem, ut innumeros omittam, qui videri poterunt apud P. Ruizium Disp. 33. sect. 4. hanc ipsam veritatem apertissimè tradit S. Joannes Damascenus lib. contra Manichæos propè finem: *Via Dei præsciens, inquit, a nobis causam non sumit: at verò, ut ea quæ facturi sumus, præsciat, a nobis proficiscitur.* Est quidem Dei præscientia vera & involabilis, ipsa tamen nequaquam causa est cur omnino fiat quod futurum est, quæ potiùs, quia hoc vel illud facturi sumus, idcirco præscit. Ex quibus omnibus deducitur, scientiam Dei liberam ab effectibus contingentibus pendere, eosque naturâ aliquo modo subsequi, sicque non tollere libertatem.

VI. S. Augustinus de Civit. l. 5. c. 10.

S. Cyrillus.

S. Joannes Damascenus.

SECTIO UNDECIMA. Argumenta contententia, Dei præscientiam tollere nostram libertatem.

EX dictis Sect. præcedente, satis clarè, ut existimo, constat divinam præscientiam non tollere nostram libertatem. Ut verò res hæc clariùs innotescat, quæ contra eam ab hæreticis objiciuntur, breviter proponam. Arguit itaque primò Wiclefus: scientia Dei est infallibilis: ergo proportionatum sibi habere debet objectum, nempe infallibile; ergo objectum hoc est necessarium; ergo ipso factò quòd Deus cognoscat actus futuros, sunt futuri necessariò. Sed contrâ, hæc enim argumentatio, si valeat, probabit, nihil actu existens esse contingens, cum non minùs infallibilem de rebus existentibus habeat Deus cognitionem, quam de futuris. Respondetur itaque, infallibilitatem esse duplicem, antecedentem, & consequentem: actus itaque nostri liberi futuri, non habent infallibilitatem antecedentem, seu à causâ eorum completâ: hæc enim, ut Disp. præcedente dixi, non magis infallibiliter connectitur cum effectu, quam cum negatione effectûs. Solùm ergo habent actus nostri futuri infallibilitatem consequentem, quia nimirum verè de factò sunt futuri; præscientia autem, seu scientia visionis in Deo ad eos non terminatur, nisi postò quòd sint futuri; nam nullo modo in eos influit; neque enim est causa rerum, ut ostendi supra, Disp. 22. sect. 14. postò autem quòd sint futuri, sunt necessariò futuri: hæc tamen est necessitas tantùm consequens, & horum actuum futuritionem supponens.

I. Infallibilitas cognoscens divina non obstat voluntatis nostræ libertati.

Infallibilitas duplex: antecedens, & consequens.

Quam infallibilitatem habent actus nostri futuri.

Arguit Wiclefus secundò: Deus jam præcivit, Petrum eras peccaturum; ergo non potest Petrus non eras peccare; fieri siquidem nequit ut id non eveniat: tum sic, sed Deum hoc præscire, est necessarium, neque enim est in potestate Petri efficere, ut Deus hoc non præcognoscat: ergo Petrus eras peccabitur/necessario; antecedens quippe necessarium inferit semper necessarium consequens.

II. Objic. Deus præcivit Petrum eras peccaturum, ergo non potest non eras peccare.

M 3 Ad